



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avrea Clavis Paradisi Beatorvm, Omnibvs Christianis,  
maxime Clericis, quotidie vsurpanda, praecipue hac  
funestâ atque moesta belli tempestate**

**Nicolartius, Petrus**

**Coloniae, 1643**

Propositio Prima caeli porta Orient. De ingenio motuque clavis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10096**

PARATE VIAM DOMINI,



## PROPOSITIO

*Prima cœli porta Orient.*

*De ingenio motuque clavis.*

§. 1. **I**cūt Philosophi veram beatitudinem ignorarunt, ita etiam ignorarunt vias, quæ ad illam perueniatur. Nec mirum cūm utrumque sit planè supernaturale, ac proinde ratione humana nequeat inuestigari. Hinc fit ut viribus nature obtineri nequeat, sed opus sit singulari Dei auxilio, quoā Gratiam vocamus.

Gratia itaque diuinæ est generale admiculum, sine quo nihil præstare possumus quod ad beatitudinem prospicit, & per quod facile eam possumus adipisci. Itaque ex parte Dei maximè necessaria est gratia, tum ad Deum cognoscendum, tum ad ea præstanda, quæ ipse à nobis requirit.

§. 2. Ex parte vero nostra, necessaria est sedula cooperatio per diuinorum mandatorum obseruationem. Porro ad gratiam obtainendā præstantissimum medium est ORATIO. Ad sedulam vero gratia cooperationem nihil præstantius quam CONSIDERATIO certorum caput, quibus ad singularum virtutum

Chris-

*Christianarum affectum & exercitium mirificè excitamur.*

*Totum enim bonum hominis, totaq; perfectio vita prouenit ex attenta consideratione rerum diuinarum, & earum qua virtutum amorem, & odium vitiorum excitant: sicut è contrario tota vita imperfectio, & totum malum nascitur ex neglectu considerationis. Si enim in ijs rebus considerandis, qua fides Christiana nobis proponit, ita attentè & studiosè versaremur, sicuti earum dignitas postulat, nunquam graue aliquod peccatum admitteremus: sed è contrario pulcherrimarum virtutum functionibus assiduè mens redundaret.*

§. 3. *Quare de duobus istis adminiculis, nimirum ORATIONE & VIRTUTVM excitatione, visum est mihi breuiter hic tractare ad Dei gloriam, ut seruo; ad proximi salutē, ut conseruo; ad publicum fructum, ut competitori. Germanus ciuis credit se communiatinatum.*

§. 4. *Quoniam autem ea, qua capitibus docentur, omnia ad omnes generatim Christianos pertinent, oportebit separatime ea horum, qua clericalis sunt obligationis, manifestius atque fusius ex Pontificio Iure, oculis eorum animisque subijciamus. Primo, Tenetur esse Sancti. Leuit. c. 20. Sancti estote, quia.*

ego sanctius sum. ait Dominis clericis. Nam  
hi ilitius personam gerunt in terris. Psal. 131.  
16. Sacerdotes eius induam salutari. & San-  
cti eius exultatione exultabunt. Quem locum  
Gratianus adducit. v. p. Decr. dist. 40. §. 1. di-  
citque variis vestibus induitos fuisse veteris  
testamenti Sacerdotes, ex praeceptione diui-  
na: idcirco, quia ( ut mandat I. Tim. cap. 3.  
§. Paulus ) oportet presbyterum virtutibus  
ornatum esse. Non enim loca, sed vita & mo-  
res sanctorum faciunt sacerdotem: ait Gratia-  
nus. Secundo, Quia sacerdos Angelis com-  
paratur. Malach. 2. Labia Sacerdotis custo-  
dient scientiam: quia Angelus Domini est.  
Tertio, Quia debet alios sanctificare. Vos e-  
stis, sal terra, lux mundi. Matth. cap. 5. 13.  
Quarto, Quia clerici sunt mediatores calicis  
joli, Dei ac hominum. Hinc Sacerdos simili-  
turus cum Deo, nomina 12. tribuum, inscri-  
pta Rationali, gestabat in pectore. Quinto,  
Quia munici clerici sunt sanctissima; assistere  
altari, ministrare & administrare sacra, co-  
secreare &c. Sexto, Quia propria Sacerdotis  
dose est, SANCTITAS. Orig. & v. 5, ait, id est  
Sanctus & & quod est, sine terra, a terrenis  
abstractus, diuinis deuotus & addictus.

S. 5.. Ante omnia ergo requiritur scien-  
tia, cuius clavem hic porrigit libellus. Quo-  
niam ubi deest agnitus aeterna veritatis, falsa  
est

ib⁹ est virtus, etiam in optimis moribus 28.  
 quæst. i. c. omnes. §. proximo. p. s. Tum & fu-  
 gamali, quæ primus est gressus ad factionem  
 boni. 15. q. 1. c. Nec is. Nam non infunditur  
 Christus, nisi sum interficitur impias: & ubi  
 abominatio aboletur, sanctificatio operatur.  
 Perit quippe virtus, nisi absit virus. pœn. d.  
 s. c. consideret. Impossibileque est, ut peccet,  
 qui habet charitatem; impossibile ex gratia,  
 non ex natura. ib. d. 2. c. fidia. 2. p. Tunc ergo  
 demum asciscitur virtus, cum renunciatur  
 peccato. 32. q. 1. renunciarur. Rite autem. p.  
 q. 1. c. Dominus. Requiritur in clero utra-  
 que sanctitas, innocentia & sacramenti. Cis-  
 tale cuique sacrificium suum fiat, qualis ac-  
 cedit, ut obseruat; & qualis accedit, ut sis-  
 mat. Non obsunt propria saluti aliena pec-  
 cata; corrige tua. Corrige ex charitate,  
 non valet si ex necessitate. 33. q. 3. de pœn.  
 d. 2. c. ut cognoverunt. §. opponitur item.  
 med.

Secunda porta Orientis aperitur.

§. 6. **O**RATIO generali complecti-  
 tur laudem, gratiarum actionē,  
 & petitionem. Est enim insigne Religio-  
 nis opus, quo Deum honoramus vel lau-  
 dando, vel gratias pro beneficiis acceptis.

A 7

ager.